

BOLETIN



ECLESIASTICO

DEL

OBISPADO DE ASTORGA.

SYLLABUS

Ó SEA CATÁLOGO QUE COMPRENDE LOS PRINCIPALES ERRORES DE NUESTRA ÉPOCA QUE SE SEÑALAN EN LAS ALOCUCIONES CONSISTORIALES, ENCÍCLICAS Y DEMAS LETRAS APOSTÓLICAS DE NUESTRO SEÑOR PADRE EL PAPA PIO IX.

§ I.

Pantheismus, Naturalismus et Rationalismus absolutus.

I. Nullum supremum, sapientissimum providentissimumque Numen divinum existit ab hac rerum universitate distinctum, et Deus idem est ac rerum natura et ideo immutationibus obnoxius, Deusque reapse fit in homine et mundo, atque omnia Deus sunt et ipsissimam Dei habent substantiam; ac una eademque res est Deus cum mundo, et proinde spiritus cum materia, necessitas cum libertate, verum cum falso, bonum cum malo, et iustum cum iniusto (1).

§ 1.º

Panteismo, naturalismo y racionalismo absoluto.

I. No existe ningun ser divino, supremo, perfecto en su sabiduría y su providencia que sea distinto de la universalidad de las cosas, y Dios es idéntico á la naturaleza de las cosas, y por consecuencia sujeto á cambios; Dios por esto mismo, se forma en el hombre y en el mundo, y todos los seres son Dios y tienen la propia sustancia de Dios. Dios es de ese modo una sola y misma cosa que el mundo, y por consecuencia hay la misma identidad entre el espíritu y la materia, la necesidad y la libertad, lo verdadero y lo falso, el bien y el mal, y lo justo y lo injusto (1).

(1) Alloc. Maxima quidem 9 iunii 1862,

II. Neganda est omnis Dei actio in homines et mundum (1).

III. Humana ratio, nullo prorsus Dei respectu habito, unicus est veri et falsi, boni et mali arduer, sibi ipsi est lex et naturalibus suis viribus ad hominum ac populorum bonum curandum sufficit (2).

IV. Omnes religionis veritates ex nativa humanae rationis vi derivant; hinc ratio est princeps norma qua homo cognitionem omnium cuiuscumque generis veritatum assequi possit ac debeat (3).

V. Divina revelatio est imperfecta et iccirco subiecta continuo et indefinito progressui qui humanae rationis progressioni respondeat (4).

VI. Christi fides humanae refragatur rationi; divinaque revelatio non solum nihil prodest, verum etiam nocet hominis perfectioni (5).

VII. Prophetiae et miracula in sacris Litteris exposita et narrata sunt poetarum commenta, et christianae fidei mysteria philosophicarum investigationum summa; et utriusque Testamenti libris mythica continentur inven-

II. Debe negarse toda accion de Dios sobre los hombres y el mundo (1)

III. La razon humana, considerada sin ninguna relacion con Dios, es la árbitra suprema de lo verdadero y de lo falso, del bien y del mal; ella es la ley para sí misma, ella basta per sus fuerzas naturales para procurar el bien de los hombres y de los pueblos (2).

IV. Todas las verdades de la religion proceden de la fuerza nativa de la razon humana; de donde se sigue que la razon es la regla soberana conforme á la cual el hombre puede y debe adquirir el conocimiento de toda clase de verdades (3).

V. La revelacion divina es imperfecta, y por lo tanto sujeta á un progreso continuo é indefinido que responda al desarrollo de la razon humana (4).

VI. La fé de Cristo se halla en oposicion con la razon humana, y no solo la revelacion divina no sirve para nada, sino que perjudica á la perfeccion del hombre (5).

VII. Las profecias y los milagros expuestos y narrados en las Santas Escrituras son ficciones poéticas, y los misterios de la fé cristiana son el resumen de las investigaciones filosóficas; en los libros de los dos Testamen-

(1) Alloc. Maxima quidem 9 iunii 1862.

(2) Alloc. Maxima quidem 9 iunii 1862.

(3) Epist. Encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846. Epist. Encycl. Singulari quidem 17 martii 1855. Alloc. Maxima quidem 9 iunii 1862.

(4) Epist. Encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846. Alloc. Maxima quidem 9 iunii 1862.

(5) Epist. Encycl. Qui pluribus 9 novembris 1846. Alloc. Maxima quidem 9 iunii 1862.

la; ipseque Iesus Christus est mythica fictio (1).

§. II.

Rationalismus moderatus.

VIII. Quum ratio humana ipsi religioni aequiparetur, ideo theologicæ disciplinæ perinde ac philosophicæ tractandæ sunt (2).

IX. Omnia indiscriminatim dogmata religiois christianæ sunt obiectum naturalis scientiæ seu philosophiæ; et humana ratio historice tantum exculta potest ex suis naturalibus viribus et principiis ad veram de omnibus etiam reconditoribus dogmatibus scientiam pervenire, modo hæc dogmata ipsi rationi tamquam obiectum proposita fuerint (3).

X. Quum aliud sit philosophus, aliud philosophia, ille ius et officium habet se submittendi auctoritati, quam veram ipse probaverit; at philosophia neque potest, neque debet ulli sese submittere auctoritati (4).

tos se encierran invenciones míticas, y Jesus mismo es un mito (1).

§ 2.

Racionalismo moderado.

VIII. Como la razon humana es igual á la misma religion, deben considerarse las ciencias teológicas como las ciencias filosóficas (2.)

IX. Todos los dogmas de la religion cristiana, sin distincion, son objeto de la ciencia natural ó filosófica; y no teniendo la razon humana sino una cultura histórica, puede por sus mismos principios y fuerzas naturales adquirir un verdadero conocimiento de todos los dogmas, aun los mas ocultos, con tal que esos dogmas se propongan á la razon como objeto (3.)

X. Como el filósofo no es la misma cosa que filosofia, el filósofo tiene el derecho y el deber de someterse á una autoridad que él ha reconocido como verdadera; pero la filosofia no puede ni debe someterse á ninguna autoridad (4).

(1) *Epist. Encycl. Qui pluribus* 9 novembris 1846. *Alloc. Maxima* quidem 9 iunii 1862.

(2) *Alloc. Singulari quadam persusi* 9 decembris 1854.

(3) *Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas* 11 decembris 1862. *Epist. ad eundem Tuas libenter* 21 decembris 1863.

(4) *Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas* 11 decembris 1862. *Epist. ad eundem Tuas libenter* 21 decembris 1863.

XI. Ecclesia non solum non debet in philosophiam unquam animadvertere, verum etiam debet ipsius philosophiae tolerare errores, eique relinquere ut ipsa se corrigat (1).

XII. Apostolicae Sedis, romanarumque Congregationum decreta liberum scientiae progressum impediunt (2).

XIII. Methodus et principia, quibus antiqui Doctores scholastici Theologiam excoluerunt, temporum nostrorum necessitatibus scientiarumque progressui minime congruunt (3).

XIV. Philosophia tractanda est, nulla supernaturalis revelationis habitata ratione (4).

N. B. Cum rationalismi systemate cohaerent maximam partem errores Antonii Günther, qui damnantur in Epist. ad Card. Archiep. Coloniensem *Eximiam tuam* 15 iunii 1847, et in Epist. ad Episc. Wratislaviensem *Dolore haud mediocri* 30 aprilis 1860.

§. III.

Indifferentismus, Latitudinarismus.

XV. Liberum cuique homini est eam amplecti ac profiteri religionem, quam rationis lumine quis ductus veram putaverit (5).

XI. La Iglesia no solo no debe en ningun caso condenar á la filosofía, sino que debe tolerar los errores de la filosofía, dejándola el cuidado de corregirse á si propia (1).

XII. Los decretos de la Sede Apostólica impiden el libre progreso de la ciencia (2).

XIII. El método y los principios conforme á los cuales han cultivado la teología los antiguos doctores escolásticos, no se avienen ya con las necesidades de los tiempos y los progresos de las ciencias (3).

XIV. Hay derecho para ocuparse de la filosofía sin contar con la revelacion sobrenatural (4).

N. B. Al sistema de racionalismo se refieren en su mayor parte los errores de Antonio Günther, condenados en la carta al cardenal arzobispo de Colonia: *Eximiam tuam* de 15 Junio 1847, y en la carta al obispo de Breslau: *Dolore haud mediocri*, de 30 Abril 1860.

§ 3.º

Indiferentismo, latitudinerismo.

XV. Todo hombre tiene la libertad de abrazar y de profesar la religion que haya considerado como verdadera, segun las leyes de la razon (5)

(1) *Epist. ad Archiep. Frising. Gravissimas* 11 decembris 1862.

(2) *Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter* 21 decembris 1863.

(3) *Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter* 21 decembris 1863.

(4) *Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter* 21 decembris 1863.

(5) *Litt. Apost. Multiplices inter* 10 iunii 1851 *Aloc. Maxima quidem*, 9 Jun. 1862.

XVI. Homines in cuiusvis religionis cultu viam aeternae salutis reperire aeternamque salutem assequi possunt (1).

XVII. Saltem bene sperandum est de aeterna illorum omnium salute, qui in vera Christi Ecclesia nequaquam versantur (2).

XVIII. Protestantismus non aliud est quam diversa verae eiusdem christianae religionis forma, in qua aequae ac in Ecclesia catholica Deo placendum est (3).

§ IV.

Socialismus, Communismus, Societates clandestinae, Societates biblicae, Societates clerico-liberales.

Eiusmodi pestes saepe gravissimisque verborum formulis reprobantur in Epist. encycl. *Qui pluribus* 9 novemb. 1846; in Alloc. *Quibus quantisque* 20 april. 1849; in Epist. encycl. *Noscitis et Nobiscum* 8 decemb. 1849; in Allocut. *Singulari quadam* 9 decemb. 1854; in Epist. encycl. *Quanto conficiamur moerore* 10 augusti 1863.

XVI. Los hombres pueden encontrar el camino de la salvacion eterna y obtener la salvacion eterna en el culto de cualquiera religion (1.)

XVII. Por lo menos debe esperarse con confianza la salvacion eterna de todos aquellos que no viven en el seno de la verdadera Iglesia de Jesucristo (2)

XVIII. El protestantismo no es otra cosa que una forma diversa de la misma verdadera religion cristiana, forma en la cual se puede ser agradable á Dios lo mismo que en la Iglesia católica (3.)

§ 4.º

Socialismo.—Comunismo.—Sociedades secretas.—Sociedades biblicas.—Sociedades clerico-liberales.

Esta especie de lepra ha sido con frecuencia condenada por sentencias concedidas en los términos mas graves en la encíclica *Qui pluribus* de 9 de Noviembre de 1846; en la alocucion *Quibus quantisque* de 20 de Abril de 1849; en la encíclica *Noscitis et Nobiscum* de 8 de Diciembre 1849; en la alocucion *Singulari quadam* de 9 de Diciembre de 1854; en la encíclica *Quanto conficiamur moerore* de 10 de Agosto de 1863.

(1) Epist. Encicl. *Qui pluribus* 9 novembris 1846. Alloc. *Ubi primum* 17 decembris 1847. Epist. encycl. *Singulari quidem* 17 martii 1856.

(2) Alloc. *Singulari quadam* 9 decembris 1854. Epist. encycl. *Quanto conficiamur* 17 augustii 1863.

(3) Epist. encycl. *Noscitis et Nobiscum* 8 decembris 1849.

Errores de Ecclesia eiusque iuribus.

XIX. Ecclesia non est vera perfectaque societas plane libera, nec pollet suis propriis et constantibus iuribus sibi a divino suo fundatore collatis, sed civilis potestatis est definire quae sint Ecclesiae iura ac limites, intra quos eadem iura exercere queat (1).

XX. Ecclesiastica potestas suam auctoritatem exercere non debet absque civilis gubernii venia et assensu (2).

XXI. Ecclesia non habet potestatem dogmaticae definiendi, religionem catholicae Ecclesiae esse unice veram religionem (3).

XXII. Obligatio, qua catholici magistri et scriptores omnino adstrunguntur, coarctatur in iis tantum, quae ab infallibili Ecclesiae iudicio veluti fidei dogmata ab omnibus credenda proponuntur (4).

XXIII. Romani Pontifices et Concilia oecumenica a limitibus suae potestatis recesserunt, iura Principum usurparunt, atque etiam in rebus fidei et morum definiendis errarunt (5).

§ 5.º

Errores relativos á la Iglesia y á sus derechos.

XIX. La Iglesia no es una verdadera y perfecta sociedad plenamente libre; no goza de sus derechos propios y constantes que le ha conferido su Divino Fundador, pues solo pertenece al poder civil el definir cuales son los poderes de la Iglesia y los límites dentro de los cuales puede ejercitarlos (1).

XX. El poder eclesiástico no debe ejercer su autoridad sin el permiso y el asentimiento del gobierno civil (2).

XXI. La Iglesia no tiene el poder de definir dogmáticamente que la religion de la Iglesia católica es únicamente la verdadera religion (3).

XXII. La obligacion que concierne á los maestros y escritores católicos, se limita á las cosas que han sido definidas por el juicio infalible de la Iglesia como dogmas de fé que deben ser creidos por todos (4).

XXIII. Los soberanos Pontífices y los Concilios ecuménicos se han separado de los límites de su poder, han usurpado los derechos de los príncipes, y aun han errado en las definiciones relativas á las leyes y á las costumbres (5).

(1) *Alloc. Singulari quadam* 9 decembris 1854. *Alloc. Multis gravibusque* 17 decembris 1860. *Alloc. Maxima quidem* 9 iunii 1862.

(2) *Alloc. Meminit unusquisque* 30 septembris 1861.

(3) *Litt. Apost. Multiplices inter* 10 iunii 1854.

(4) *Epist. ad Archiep. Frising. Tuas libenter* 21 decembris 1863.

(5) *Litt. Apost. Multiplices inter* 10 iunii 1854.

XXIV. Ecclesia vis inferendae potestatem non habet, neque potestatem ullam temporalem directam vel indirectam (1.)

XXV. Praeter potestatem episcopatus inhaerentem, alia est attributa temporalis potestas a civili imperio vel expresse vel tacite concessa, revocanda propterea, cum libuerit, a civili imperio (2).

XXVI. Ecclesia non habet nativum ac legitimum ius acquirendi ac possidendi (3).

XXVII. Sacri Ecclesiae ministri Romanusque Pontifex ab omni rerum temporalium cura ac dominio sunt omnino excludendi (4).

XXVIII. Episcopis, sine Gubernii venia, fas non est vel ipsas apostolicas litteras promulgare (5.)

XXIX. Gratiae a Romano Pontifice concessae existimari debent tamquam irritae, nisi per Gubernium fuerint imploratae (6).

XXX. Ecclesiae et personarum ecclesiasticarum immunitas a iure civili ortum habuit (7).

XXIV. La Iglesia no tiene el poder de emplear la fuerza; no tiene ningun poder temporal directo é indirecto (1).

XXV. Aparte del poder inherente al episcopado, hay en el episcopado un poder temporal que le ha sido concedido esplicita ó tácitamente por la autoridad civil, revocable por consecuencia, segun la voluntad de esa misma autoridad civil (2).

XXVI. La Iglesia no tiene el derecho natural y legitimo de adquirir y de poseer (3).

XXVII. Los ministros sagrados de la Iglesia y el Pontífice Romano deben ser excluidos de toda gestion y autoridad sobre las cosas temporales (4).

XXVIII. No es permitido á los obispos el publicar ni aun letras apostólicas sin el permiso del gobierno (5).

XXIX. Las gracias concedidas por el Pontífice Romano deben ser consideradas como nulas si no han sido pedidas por mediacion del gobierno (6).

XXX. La inmunidad de la Iglesia y de las personas eclesiásticas tiene su origen en el derecho civil (7).

(1) *Litt. Apost. Ad apostolicae 22 augusti 1851.*

(2) *Id. Id.*

(3) *Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856. Epist. encycl. Incredibili 17 septembris 1863.*

(4) *Alloc. Maxima quidem, de 9 Jun. 1862.*

(5) *Alloc. Nunquam fore 15 decembris 1856.*

(6) *Id. Id.*

(7) *Litt. Apost. Multiplices inter 10 iunii 1851.*



XXXI. Ecclesiasticum forum pro temporalibus clericorum causis sive civilibus sive criminalibus omnino de medio tollendum est etiam inconsulta et reclamante Apostolica Sede (1).

XXXII. Absque ulla naturalis iuris et aequitatis violatione potest abrogari personalis immunitas, qua clerici ab onere subeundae exercendaeque militiae eximuntur; hanc vero abrogationem postulat civilis progressus, maxime in societate ad formam liberioris regiminis constituta (2).

XXXIII. Non pertinet unice ad ecclesiasticam iurisdictionis potestatem proprio ac nativo iure dirigere theologiarum rerum doctrinam (3).

XXXIV. Doctrina comparantium Romanum Pontificem Principi libero et agenti in universa Ecclesia, doctrina est quae medio aevo praevaluit (4).

XXXV. Nihil vetat, alicuius Concilii generalis sententia aut universorum populorum facto, summum Pontificatum ab romano Episcopo atque Urbe ad alium Episcopum aliamque civitatem transferri (5).

XXXI. El fuero eclesiástico para las causas temporales de los clérigos, sean civiles, sean criminales, debe ser absolutamente abolido, aun sin consultar á la Sede Apostólica, y sin tener en cuenta sus reclamaciones (1).

XXXII. La inmunidad personal en virtud de la cual los clérigos están exceptuados de la milicia, puede ser derogada sin violacion de la equidad y del derecho natural. El progreso civil exige esa derogacion, sobre todo en una sociedad constituida sobre legislaciones liberales (2).

XXXIII. No pertenece por derecho propio y natural, y solo á la jurisdiccion eclesiástica, el dirigir la enseñanza de las cosas teológicas (3).

XXXIV. La doctrina de aquellos que comparan al Pontífice Romano con un príncipe libre que ejerce su poder en la universal, es una doctrina que ha prevalecido en la media (4).

XXXV. Nada impide que por un decreto de un Concilio general ó por un hecho de todos los pueblos, el pontificado soberano sea trasferido del obispo romano y de la ciudad de Roma á otro obispo y á otra ciudad (5).

(1) *Alloc. Acerbissimum* 27 septembris 1852. *Id. Nunquam fore* 15 decembris 1856.

(2) *Epist. ad Episc. Montisregal. Singularis Nobisque* 29 sept. 1864.

(3) *Epist. ad Archiep. Frising Tuas libenter* 21 decembris 1865.

(4) *Litt. Apost. Ad apostolicae* 22 augusti 1851.

(5) *Id. id.*

(Se continuará.)